

Nº 135

(55)

X 1138 <sup>Gesta</sup> ~~Emaus~~

(Ceylon - Taprobona p. 8)

2014








~~RES'D~~  
6202 P.

Gesta prorime p. Portucaleñ. in In  
dia. Ech' opia i alijs orientalibus terris. a serenissimo Emakuele  
portugalie rege ad R.d.d.G. ep̄m portuñ. sacrosc̄te Ro. ecclie  
cardinalē portugaleñ. missa. et de eiusdē dñi Cardinalis māda-  
eo honorabilis viri Petri Alfonsi malherio decretorū doctoris ac  
eiusdē dñi Cardinalis prefati capellani industria & correctiōe in  
vrbe edita.



**Q**uis loquetur potestias domini: auditas faciet omnes laudes eius.  
Anunciaret opera eius in exultatione: qui descendunt mare in  
navibus. Facientes opationem in aquis multis: ipsi viderunt opera domini  
et mirabilia eius in profundo. Audierat igitur non minori exultatione vir-  
tus opum dei: que diuino comitati auxilio fecerunt prime nostri in fi-  
nibus terre: deducentes ad nihilum tribulantes nos fidei hostes. In-  
cipit quippe iam (ut apparet) dilecta cogitatio ac potestia euigila-  
re contra sarracenos per fidem: et eius pseudo prophetam. Incipit quo  
que iam parare et nuptias agni: in quibus eius uxor ecclia totum  
nunc suppressa per orbem lachumas ac luctum deponet: et induet se  
ornamentis leticie et exultationis.

**O**m in Oriente opatō serenissimi  
Emanuelis portugalie regis. seu potius dextere excel-  
si. pro exaltatione christiane religiosis in India. ceteris  
que orientalibus terris. ab eo inuestigatis. in magnū iā  
cresceret. et confirmaret augmentū. suis continuis armis ac labore si-  
cuti que a deo sunt. perseverat de virtute in virtutē. Visum necessa-  
rio fuit eidē sapiētissimo regi mittere in armata classe anni p̄teri-  
ti. M.cccc. v. quottannis a se illuc mitti solita. capitaneū p̄cipu-  
um. qui continuo illic permaneret. et rem tantā maiori q̄ antea aucto-  
ritate ac viribus administraret. Quia ppter misit generosus et stre-  
nuum viēū p se vice regē dñm Frāciscum de almeida. Is annu-  
ente altissimo tam ad itineris maturationē. q̄ infideliū expugna-  
tionē. felici usus nauigatione. Cui in lectore orientalis ethiopie in  
Arabicū sinū vergentis. cōperisset Mahometanee secte Quiloe  
Regē. male Regi Emanueli ex sedere. et deditio ante secū inita  
parentē. et alienatū suāsu. ut credit. et artificiis aliorū sarracenorū  
omne malū a portugalenſiū armis. p Indiā ac ethiopiā sibi au-  
guratiū. tādē ipm Quiloe regē obſedit. ac expugnat. plerisque  
ex hostibus interfectis. Capta etiā ipa ciuitate Quiloa p̄cipua  
regni ſede. opibus multis referta. ut que potissimum est Emporiū  
terre Zofalle auri feracissime. Quo facto. idē Dñs Frāciscus quies-  
dam alii ex indigenis p̄cipiū ac nobilē. qui summo studio et fi-  
delitate serenissimo regi Emanueli sp̄ in seruierat cōſtituit regē. et  
publica regali pompa. ac ceremonijs coronauit. eiusq; dñs et di-  
tioni addixit. pensurū simul quotannis tributa. pariterq; in oī-  
bus ipso regi Emanueli et capitancis eius.

**C**Extrivit etiā idem dñs Franciscus ante suū inde discessum ac  
cem in ea Ciuitate munitissimā. mari ex magna pte circumflio.  
imposito nostroī valido presidio. plurimis bombardis & alijs  
bellicis instrumētis. necnō armatis nauib⁹. ac nauigijis instructis  
sumis munito. Appellanit vero arcem sancti Jacobi. q̄ eius fe-  
sto nec min⁹ patricinio in mēse Julio eius regis & Ciuitatis glo-  
riosa expugnatio contigit nostris. Arce edificata. idē dñs Franci-  
scus. vt habitationi Ciuitatis cōsuleret. plerosq; factos extores  
in cūitatē reduxit. Subiisdem cōditionib⁹ additos. Protendit  
huius Ciuitatis Quiloe regnū per oram maritimam duodecies  
centena milia passum. plurimas in eodē mari opulentissimas in-  
sulas habēs dñs suo. et nostro pariter subditas. naz in terris po-  
tissimū illis quo regni caput. eo & reliqua regni illico sc̄e prossus  
addicūt.

**C**Onmibus in ea cūitate compositis & vt premittitur peractis.  
is dñs Franciscus nauigavit inde ad alia nō minus opulentā sāc-  
racenorū cūitatē nomine Mombaza alterius regni Metropo-  
lī in eadē ethiopicē parte sitā. que audita Quiloe expugnatiōe  
magna armatorū manu. & sagittariorū numero. necnō. c. quīqua-  
ginta bombardis & alijs pluribus machinis se ad defensionē pa-  
raverat. Hac pari fortuna deo adiutore aggressi nostri. diu & acri-  
ter resistētibus oppidanis. tandem vi expugnat. diripiunt ac incen-  
dunt. Rex cūitatēs etiā intra muros cum nostris acerrime pu-  
gnans. inclinata iam ad nostros victoria. desperās defensionem  
alia oppidi parte magna. Cūiūm multitudine comitatus ansiv-  
git. Interfecti ferro ex sarracenis Mille et quingenti. capti plu-  
riū. Durante diu cū multa oīm admiratione magno Ciuitatis  
incendio. magna & preciosa pars prede igni est consumpta. mul-  
ta capta. in qua nōnulla arma ipsiis regis. et sericū papilonē. ac  
tapeta. simul p̄ciosos pannos et nōnulla alia usui regio (vt illis  
terrī dicata) atq; in eius palacio inuenta. idem Capitaneus ad  
Emanuelem regem misit.

**C**hac cūitate Mombaza delcta. et solo eāta. idem Dñs Fran-  
ciscus transmisso īdico pelago nauigavit in Indiā ad insulā qn-  
dam cōtinenti primā Aniadina appellatā quo omnes naues in  
īdico mari nauigantes applicare solent. p̄sertim que a Mecha  
in Indianam antea nauigabant. Nam terrore & infestatiōe nostra  
vni nauigiam nauigare non audent In ea insula Capitaneus

inter cetera sibi à Serenissimo rege Emanuele demandata. Et  
stellum munitissimū sanceti Michaelis appellatum ad omnino  
datū securitatē Indicatū rerū extruxit. circūdeditq; muro. ante  
murali. et fossa. multis perennibus aquis intus inclusis. et magi-  
nis repertis edificijs antiquitus e lapide quadrato constructis.  
In quorū validissimis fundamentis edificato Castello. inuentis  
q; etiā plerisq; monetis aurī et argēti. annulis et alijs preciousis ad  
eundem regem missis. Capitanū ibi pro se reliquit strenuū cū  
fiermissimo presidio nobiliū nostrorū. et aliorū virorū. Reliquit et  
naues rostratis et triremes armatas ī illo mari insolitas nec an-  
tea vissas. et alia remigij nauigia ad ultimā et perpetuam suppedita-  
tionē illarū gentiū aptissima. Ut impleri etiam nunc videat  
illud propheticū Ezechielis. Et coruent fulcētes Egyptum. et de-  
struetur superbia imperij eius. In illa die egredient nuncq; a facie  
mea cū triremibus ad conterendum ethiopie confidentiā. et erit  
pauor in eis.

**C** Extracto hoc in Aniadina insula castello munitissimo abūt  
inde Capitanus noster expugnacū aliā Saracenorum cū citatem  
Onor appellatā. in cuius portu quattuordecim magnas ipsorum  
naues incendit. propterea q; eius loci rex tergiuersari sit visus. ac  
differre que sponte obtulerat Capitaneo. mittens etiā ei ampla  
dona et recēta nostris cibaria. dum castellum in Aniadina extrue-  
ret. Verū accepto detrimento (vt fit) deteriora timens. repecūt  
neglectam pacem. et se penitus obsecutū ac paritū obtulit.

**C** Hinc nauigauit idem dñs Franciscus in opulentissimā. ac di-  
tissimam cūitatē Canenor celebre Indie emporiū. vbi in collo  
tere a cūitate in mare ptenso extruxit. vt habebat in mandatis  
aliā arcem munitissimā. sancti Salvatoris appellatam. nō so-  
lum consentiente. sed vltro ecclā locū offerente ipso cūitatē rege  
gentili. antea nobis amicicia et federe cōiuncto. dissuadētibus ta-  
men arcis extictionē (quādo iam deo gratias alia vi obesse nō  
valent) et egrēferentibus plerisq; sarracenis mercatoribus ibi cō-  
morantibus. quorū magna et precipua pars illo se transfulit de-  
ferentes Calecut potentissimum et ampliū emporium. nūc at-

eritum atq; desolatum assiduis naualibus & terrestribus detrimē-  
tis a nostris acceptis.cum plurimis incendijs & multiplicitate  
rum occisione.ob nonnulla perpetrata in nostros scelera.viola-  
tamq; sarracenorum persuasum securitatem.nostris ibi negotian-  
tibus antea prestitam.permittente scilicet eorum crimen altissi-  
mo.quo delerentur inde inahometani.Villaq; etiā in tam cele-  
bri loco participatio.nulla cōuentio Christi ad Belial.Vec par  
sarracenis cum christianis potētia.Edificata arce.nostri collum  
illud terre intercedentes insulam cū arce circumfluo vndiq; mari  
fecere tutissimā.imposito ibi Capitaneo cum validissimo item  
presidio militum nostrorum & armatarum navium.

**C**Dum is dñs Franciscus hic arcem edificat.Venire ad eum le-  
gati in magna pōpa missi a rege Marsinga gentili potētissimo  
(vt extinatur) omnī Indie regū.cuius aulam & curiam nōn ul-  
li ex nostris adiere.Vecnon frequentioris mansiōis sue amplissi-  
mam ciuitatem in mediterraneis sitam.per quadraginta quinq-  
ginta milia passum a Canenor distantem.adeo populosam ut  
sexcentorū milium habitatorū extinetur.Videre tum nostri in  
eius curia nouē reges ipsum sequentes.Ad sunt ei ad bella(ut af-  
firmant) centum milia equitum.elephantes bellicosi mille.pede-  
stres vero copie absq; numero.protēditur eius dominū longis  
simi tractuī mediterranea.multos sub se habet reges.plures in  
indico littore Ciuitates maritimas & emporia.Hic per eosdem le-  
gatos obtulit eidem dño Francisco Capitaneo amiciciā & om-  
nes vires suas paratissimas ad omnia Serenissimi Emanuelis  
Portugalie regis.necnō portus suos maritimos in quibus quas  
vellet arces & castella rebus nostris commoda extineret.offerens  
sūmul q̄libetissime ac requirens ad maiorem animi sui probati-  
onem et securitatem.mutuam coniunctiōem matrimoniorū fili-  
orum suorū cum quibusvis eidem Emanueli regi sanguine cōiun-  
ctis.Visit preterea dona amplissima serenissimo principi Jo-  
hanni Portugalie regni primogenito.aurea scz ex more gentis  
monilia.et preciosos pannos.misit et ad patrem Emanuelē litteras  
gratissimas.eidem se et omnia sua offerens cum mag-  
na significatione benivolentissime et obsequientissime voluntatis

ut renduitate iterum aucto spiritu dñi. ut apparet facie terre. post suppressam tot seculis christianam religionem. scritto et illud de salvatore et sancta eius fide denuo renouari videri possit. Dominabitur a mare usque ad mare. et usque ad terminos orbis terrarum. coraz illo procidet ethiopes. reges. et insule munera offerent.

**C** Inter ceteros vero qui ad regnum et Curiam huius magni regis accessere. fuit quidam frater ordinis Minorum a rege Emanuele ille. Inc inter alios missus. is quadrisenio illic versatus. assertit huius regis gentes. ac subditos maiores immodeum aptos et inclinatos ad cognitionem nostre sancte fidei et religionis. Quae quidem res eidem Emanueli regi super omnia gravior est. maiorumque afficit voluptatis. sperat enim de diuina clemencia. quod maxime ex animo semper intendit ac periret. ut diebus nostris dignetur quodocunque ipso tantope pulsante. conversionis et misericordie sine tenuitate illis gentibus aperire.

**C** Exstructa hac in Cananor arce transstulit se inde dominus Franciscus Capitanus in ciuitatem Cochinchinam. amplissimum eius littoris emporium. ibi arcem preteritis annis a quibusdam nobilibus nostris antea edificata et ab eorum cognomine Alboquerque appellatam. longe maiori et validiori lapideorum murorum ambitu. antemurali. et fossa magna circundat. cum amplissimis intus hospitiis. munitionibusque maiori et hominum et bellicorum instrumentorum et armatarum navium presidiis. ibi enim futura est eius precipua mansio. et indice operationis vis ad omnia opportunitatibusque commodior. presentim cum in hoc Emporio inter cetera aromata sit precipua vis et copia Piperis. Manent itaque in presidiis per terras et loca nostra dispersi magna nobilitum regis Emanuelis ac pressatiuum militum copia. Nam et valida armata classis Triginta navium. In quibus et tritemes et alia remigia namibia rostratis permixta. ad maritimas infestations. atque excursiones quoquomodo versus in hostes facetas.

**C** Ex hoc Cochinum emporio et arce. id est dominus Franciscus insit fieri hostile excursionem in portum ciuitatis Coulam maritime. ubi nostri incisis Tringinta quatuor sarracenos magnis namibus mescibus omissis. facta hostium magna strage incolumes rediere. fuit in causa. quod ante aduentum eiusdem Capitanei. fuere intersecti in ea ciuitate suorum sarracenorum Decem autem. xij. ex nostris securitate pressiti. et antea ibi negotiantes.

**C** Extruxerunt insuper nostri multis prius habitis certaminibus ac de hostibus non sine multo sanguine victoribus munitionibus castellis.

sum in mediterraneis: appellatū Emanuel sup ciuitatē Cochīn  
ad ripam magni et nauigabilis fluminis indicū mare influentis,  
vnde nō solū in hostiū terras faciles sūt excursiōes: transitu etiā  
hostiū in nostros et nostris federatos intercluso. Sed etiā onera  
Piperis et aliorū aromatiū et preciosarū merciū libere et in offensē  
a nostris exportantē. Adempta prōsisus inimicis eius rei facultate  
Quibus quidē rebus factū est vt in terris illis maximus christia  
ni noīs sit terror oībus incussus. Nullaque iam naues in India et  
ethiopia absq; securitate Capitanei nostri audeant nauigare. vt  
etiā videat et illud Psiae dictū impleri: Labor egipti et negotiatō  
ethiopie, et sabāin viri sublimes: ad te trāfibunt et tui erunt.

**C** Allia item castella alijs in locis illarū terrarū idem sapientissi  
mus rex Emanuel extrmū nunc iubet: ad alia simul christiane rei  
publice cōmoda dīmine servituti oportuna. quib⁹ vt firmissime  
cōfidit: immortalis de⁹ pari dignatiōe p speros dabit euētus.

**C** Verū his tot tantisq; sarracenorū in ethiopia ac India cladi  
bus atq; incēdūs nō casui nec fortuite rerū vicissitudini. sed dīni  
no potius. et manifesto dei iudicio ac misterio ascribēdis. satis  
apparet. Vlo minus repēte impleri: quod Apocalipsis subito su  
eturū plenius predixit. de repētina sarracenice Babilonis destru  
ctione et ablatione orientalium opum: ac comerciis a manibus eius  
inquiens. et flebūt et planget se sup illā reges terre qui in delitijs  
eius vixerūt. cū viderint fumū incendiū eius. et negotiatorēs terre  
flebūt et lugebūt sup illā. quoniam merces eorū nemo emet ampli  
us merces lapidis preciosi. et margarite. et bissi rc. et cinamomunt  
et amomū. et od oramentoꝝ. et vnguēti. et thureis rc. et mercatores  
qui diuites facti sunt ab ea longe stabūt ppter timore tormentorū  
eius. flentes ac lugētes. quoniam vna hora destitute sunt tante di  
vitie. et oīs gubernator. et oēs qui in lacū nauigāt. et naute. et qui  
in mari operant̄ longe steterūt. et clamauerūt vidētes locū incen  
dūs eius. et miserūt puluerē sup capita sua. et clamauerūt flentes  
et lugētes dicētes. veh. veh. Ciuitas illa magna. in qua diuites fa  
cti sunt oēs. qui habebāt naues in mari de pretiūs eius. quoniam  
vna hora desolata est. Exulta sup eam celū et sancti apostoli. quo  
niam indicauit deus iudicium vestrum de illa.

**C** Impleto igit̄ iam magna ex parte nō minus q̄ prophetato tan  
to diuino misterio. Redditac̄ ab immortali deo maiore immo  
rātū ad exaltationē christiane religionis. tanta felicitate ouēta

libris deuotissimi regis Emmanuelis pro christi laboribus: abundare certe debet in oibus christiana exultatio: ubi abundat p omni bus tanta christi operatio:qua nō solum mire exaltatur christianum decus: plurimis animabus ad fidem conuersis: et sancte crucis signo ac mysterio in terris ante a incognitis: nouis gentibus annunciatio: sed etiā omnibus sarracenis: ipsi precipue Soldano: maxima ex parte diminuitur potentia: infringit animus: et ause runtur ingentes orientales opes: quibus eorum cōtra nos alebant vices: unde magna ipsis adest desperatio: dum viso tanto misericordia imminere: prius secte sue destructionē etiā ex antiquis apud eos prosagūs ominantur. Vident enī iam futurū preter omnium mortalium spem: qm̄ facilis sit indies armorū nostrorum cōtinua peruagacione: ac transitus. nō solum in plerasq; alias orientales terras ac insulas innumeratas: et ipsam deniq; Taprobananam: alterū aliquādo orbem existimatā: quattuor diez nauigatiōe tm̄: ab oppidis nostris distantem. Sed etiā in intima Arabici et Persici sinuum littorā ac terras. Quo fiet necessario ut ipsa tandem precipua Sarracenice perfidie sedes Mecha quā bīdūi tm̄ nauigatiōne distantiam subeunt nostri et eius pseudo humani generis corruptoris Mahumeti pphantū sepulchrum: videat victricia christianorū arma atq; incendia Spiritu oris dñi ad sui conflagrationem tam mire per nos illuc missa. datura illi tantū tormentorum et luctus. qm̄ntū se adversus dñm glorificauit. Quippe qui destruendus sit illustratiōe aduentus sui. Qui quidem vel hoc tanto armorū nostrorū mysterio iam ab oriente illustrare miro incipit modo. quoniam ipse dñs est qui illic p nobis pugnat. ipse qui confimat omnia. que tam mire illic operantur in nobis. Et ideo cū propheta exultandum. Magnificata sunt opera tua dñe a solis ortu usq; ad occasum laudabile nomen tuū. omnia in sapientia fecisti. impletur terra possessione tua. Nec minus cū Joanne apostolo multiplex Alleluia cantādū. gloria et laus et virtus deo nostro qui iudicavit de meretrice magna que corripit terram. Gaudemus et exultemus et demus gloriam ei. quia veniunt nuptie agni et uxori eius iam preparabit se tanq; sponsa viro suo ornata.

RES.  
6202P.  
Impressum Nurenberge per dñm Jo-  
hannem Weyssenburger. Anno cc. viij.



